bonis a se recognoscente seu a quibuscunq personis habi-
to ante decursum medii anni ad Acta quaevis authentica de-
mum adducere et personaliter stare absq vel ab eis [illegible]
praemissa exequantur efficere. Idq sub damnis Terre-
stribus praefatis simpliciter absq corporali iuramento taxan-
dis per praefatum recognoscentem Nobilem Jacobum Kre-
mienski vel ipsius successores suprascriptae Nobili Mari-
nae Terlecka Nobilis Nicolai Terleczki consorti legitimae
ac ipsius posteris ob non complectionem praemissorum omnium
et singulorum tam in toto quam in parte totius quotiescunque
fuerit ad solvendum succumbendum Nihilominus memoratus
recognoscens Nobilis Jacobus Kremienski praedictae
Nobili Marinae Terlecka parenti Nobili Alexandro Terlecki
vel marito ipsius aut amico cuivis velut successoribus dat
et concedit plenariam facultatem omnimodamq potestatem inscri-
ptionem praesentem ex his Actis Castren Capitan Premislien
authentice depromptam ad Acta Terrae Premislien quan-
docunque voluerit transferendi et transportandi quae transpor-
tata tanti valebit acsi per ipsum recognoscentem transpor-
tata foret. Pro quibus quidem damnis Terrestribus prae-
fatis simpliciter absque corporali iuramento taxandis citi-
tus existens memoratus recognoscens Nobilis Jacobus
Kremienski aut ipsius successores ad instantiam supra-
nominatae Nobilis Marinae Terlecka Nobilis Nicolai
Terlecki consortis vel ipsius successorum ad officium

praesens

praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu
suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper
in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri par-
re respondere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac ip-
sos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum
primum peremptorium et alios omnes Consequentes Causae
cuiusdem Terminos semper peremptorios decernit infir-
mitate pro maiori minorennitate successorum legatione in-
tra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Qui-
etorem vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impe-
dimentis non differendo ad quietationem ultra proximos
Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilla-
tionem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia penitus
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fa-
talibus iuris praescriptione Terrestri bello Conventione neque
et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfu-
giendo Hac dicta obseruari iuri servire ad praemissa omnia mediante.

Zukowski Dembowskiemu Tutoriam et Curatoriam sui ipsius Confert.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren
Capitan Premislien Nobilis ac Eruditus Joannes de
antiqua Grochnik Zukowski olim Nobilis Vilhelmi Zu-
kowski filius sanus quidem corpore mentesque vero minus Corpor

a Terrae loco iure iuribus donequs sua quaevis propria et competentia
recedens se vero cum liberis filiis filiabus bonisque suis generaliter
omnibus Huic inscriptioni Castrensi Premisliensi quoad actum
praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Au-
xiliante Divina clementia incolumi valetudine et prospera for-
tuna quinquaginta aetatis suae peractis annis iamque ad decrepi-
tam et grandaevam perveniens aetatis senectam, cum et virium
roboribusque [illegible] et sensuum ac rectae rationis integritate
indies magis ac magis orbari ac destitui se videat. Maturo ani-
morum suorum usus consilio, ac sedatis considerationis trutina spiritus
secum perpendens Divinae insuper gratiae a qua omne datum opti-
mum et donum perfectum descendit illustrante radio excitatus
sui ipsius bonorumque suorum omnium mobilium et immobilium quae
dedit labor paravit industria curam administrationem et gu-
bernationem Nobili Joanni Dembowski cuius in rebus agen-
dis dexteritatem et propensum erga se suaque negotia exer-
citus est animum commendo tamque ab aliis habet candorem
amico et consanguineo suo dat et libere concedit. obsecrans
omnimodeque ab eo flagitans ut huius negotii provinciam tali accu-
rata sedulitate peragat quo facilius et a Divina [illegible]
recompensam et a se suisque liberis grati animi significatio-
nem promereri valeat. Promittens et inscribens se quidquid
per eundem Dembowski amicum suum circa administrationem sui
bonorumque suorum bene actum gestumve fuerit pro rato et gra-
to susceptiurum et omni servitiorum genere cum suis poste-
ris recompensaturum Hac sua praesenti inscriptione ad prae-
missa omnia mediante.

Gurzanscy

Gurzanscy Zerleckiey Cedunt

Comparentes personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneali Premisliensibus
Nobiles Daniel et Iwan Gurzanscy Nobilis olim Mathaei Gurzanski Ty-
mowicz filii et successores legitimi sani mentibus et corporibus existentes iu-
ribus dictis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compe-
tentibus recedentes huic autem inscriptioni Castrensi Premisliensi quoad actum prae-
sentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum reco-
gnoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
de omni et integro iure suo vetteri de inscriptione Castrensi Premisliensi et
per Transportem Terrestri Premisliensi per olim Nobilem Marianam
Dubrawska consortem olim Nobilis Nicolai Zerlecki Saczyc praefa-
to olim Nobili Mathaeo Gurzanski parenti suo super summam [illegible]
ginta florenorum pecuniae polonicae facti et recogniti et in bonis suis haereditariis
videlicet Molendino in fluvio dicto Lubochowa in fundo villae Zerlo
in Terra praesenti Premisliensi iacente constructo modo obligatorio ad solven-
dum assecuratae ad se vero recognoscendo iure naturalis successionis devoluto Nec
non de summa praefata viginta florenorum polonicae ac bonis praefatis obligatis
in eadem inscriptione specificatis cum omni praemissorum iure dominio et proprietate
Cumque omnibus et singulis inscriptionis praefatae conditionibus punctis clausulis
articulis vadiis ligaminibusque et nexibus summae praedictae et bonorum summa
praefata oneratorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obven-
tionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis omnibus
iuris Dominii et proprietatis aut cuiusvis iuris competentis et prorogatus
pro se suisque successoribus aut quopiam alio reservando et excipiendo
verum prout praemissa omnia ipsimet se ipsos concernebant ac eisdem ser-
viebant. Tamen nunc et de facto Nobili Marinae filiae Nobilis Alexan-
dri Zerlecki consorti vero Nobilis Nicolai Zerlecki legitimae eiusque
posteris (accepta ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti sa-
tisfactione) cedunt et condescendunt omneque et integrum ius suum praemisso-
rum omnium in personam eiusque cessionarii sui et illius posterorum transfundentes
transferentes et incorporantes prout praesentium transfundunt transferunt et incorporant perpetuo.